e-codices

Ad recuperatoreſ modo dānauit pleuſidippus abiudicata
Ame modo eſt paleſtra perditus ſum nam lenoneſ ex gaudio
Credo eſſe procreatos ita omneſ mortaleſ ſiquid eſt male lenoni
Gaudent nunc alteram illam q̄ mea ē uiſam huc in ueneriſ
Fanum ſaltem ut eam abducam de bonis quod reſtat reliquiar

GRIPPVS PISCATOR LABRAX LENO

Nvnquam edepol hodie ad ueſperum grippum inſpicietis uiuum
Niſi uidulus mihi reddatur. La peri cum mentionem fieri audio
Vſquam uiduli q̄i palo pectus tundat. Gri iſtic ſceleſtuſ liber
Eſt ego qui in mari prehendi rete atq; excepi uidulum ei dare
Negatiſ quicq̄ dare La prob di īmortaleſ ſuo hic ſermone arrexit
Auriſ. Gri cubitum hercle longiſ litteris ſignabo uſque quaq;
Si quiſ perdiderit uidulum cum auro atq; argento multo
Ad grippum ut ueniat non feretis iſtum ut poſtulatis. La meum
Hercle illic homo uidulum ſcit qui h̄t ut ego opinor
Adeundus mihi illic ē homo di queſo ſubuenite Gri quid me
Intro reuocas. hoc uolo hic ante hoſtium extergere nam hoc
Quidem pol e rubigine non e ferro factū eſt. ita q̄ti magis
Extergeo rutilum atq; tenuius fit nam quidem hoc uenuſtum eſt
Verum ita in manib; conſeneſcit. La adoleſcens ſalue
Gri Di te ament cū in raſo capite. La quid fit. Gri ferrum extergeo
La Vt ualeſ. Gri quid tu nū medicus queſo eſ. La īmo edepol una
Littera plus ſum q̄ medicuſ. Gri tum tu mendicus eſ La tetigiſti acu
Gri Videtur digna forma. ſ; quid tibi ē. La hac proxima nocte ī mari etalis
Contra fracta eſt nauiſ. perdidi quicq̄d erat miſer ibi omne
Gri Quid perdidiſti. La uidulum cū auro atq; argento multo
Gri Ecquid meminiſti in uidulo q̄ periit q̄d infuerit ibi. La quid refert
Qui perit tn̄. ſi non hoc aliud fabulemur. Gri quid ſi ego ſciam
Qui inuenerit. uolo ex te ſcire ſigna. La numi octingenti
Aurei in marſupio infuerunt preterea centum denaria philippea
In paſteolo ſeorſus. Gri magna hercle preda ē largiter mercediſ
Indipiſcar. di homineſ reſpiciunt bene ego hinc predatus ibo
Profecto huiuſ eſt uidulus. perge alia tu expedire. La talentum
Argenti comodum magnum inerat in crumina. p̄terea ſinus
Epichiſis cantharus caulus cyatuſ. Gri pape diuitias tu quidem
Habuiſti luculentaſ. La miſerum iſtuc uerbum & peſſimū ē habuiſſe

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 229r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/229r)